Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35268
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten

Pronunciacio arbitralis et laudi per compromittentes et potestatem in fine primi instrumenti

Post que anno indictione pontificatus quibus supra dictis partibus coram dictis dominis ar- 389
bitris arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus presentibus propositis sufficienter ac ad dictam
suam sententiam suam arbitralem ferri petentibus et huiusmodi cause et causarum meritis per
dictos arbitros diligenter discussis et examinatis iidem domini arbitri sedentes pro
tribunali pro se et suo [illegible] et bono pacis et utilitatis partium predictarum equa libra ponderatis
deinde bona fide et salva consciencia procedentes unanimiter et concorditer in presencia mei
notarii publici et testium infrascriptorum Christi nomine invocato dixerunt diffinierunt lau-
daverunt ordinaverunt sentenciaverunt dictam suam seu sententiam suam arbitralem pronunciando et
[illegible] predictum A. predicto B. pro premissis omnibus et singulis que idem B. ab ipso A.
petebat et petere poterat quocumque toto tempore transacto quacumque racione vel titulo sive
causa usque ad presentem diem in tali summa pecunie condempnaverunt et ipsam sum-
mam eidem B. per dictum A. infra tale tempus solui voluerunt ac esse decreverunt
cum condempnacione et sine arbitrali huiusmodi predicte partes acquieverunt et eas ra-
tas et gratas habuerunt et pro premissis omnibus et singulis ab utraque parte predictarum
tenendis faciendis ac firmius et melius observandis unaqueque pars parti alteri ob-
ligavit et specialiter dicta pars condempnata predicta summa tali tempore ad dictum terminum
solvendum se et omnia bona sua mobilia et immobilia presencia et futura ubicumque
existencia [illegible] et esse [illegible] dicte partes et earum quelibet et specialiter dicta pars obligata in
quantum [illegible] et fori exceptioni doli mali etc. ut supra [illegible] que contra
dictam arbitralem sententiam aut premissa vel et publicum instrumentum posset obici
quomodolibet vel opponi etc.

Aliter de eodem et pse

Presens talis arbiter arbitrator et amicabilis compositor quia et concordie electus 390
a tali et tali in causa que controversia seu debata vertentem et communis in dictum
talem ex parte una et dictum talem ex parte altera occasione hereditatis que quondam fuit
C. vel occasione debiti centum florenorum quos dictus talis a tali petebat et super omnibus expensis
dampnis et expensis inde secutis ac super omnibus et singulis dependentibus expressis et quo
et generaliter de et super omnibus aliis quibuscumque que una pars parti alteri petere
posset quibuscumque racione vel quo titulo sive causa a toto preterito tempore usque
ad diem confectionis instrumenti compromissi predictis partes super hiis facti [illegible] omnibus
inde [illegible] plenum notarii recepto plenius constat [illegible] aut super ea que huiusmodi
[illegible] dictis partibus [illegible] de calumpnia et veritate dicenda [illegible]
et [illegible] instrumentis et attestacionibus testium hinc inde productis ac racionibus de-
fensionibus allegacionibus omnibus et singulis quas dicte partes dicere seu ostendere volue-
runt et utriusque partis diligenter investigata et cognita veritate concluso et termino in
ea die presenti partibus ad audiendum et ipsorum videndum arbitrium diffinitivam sentenciam
omnimoda seu compromissum sua super predictis precise et peremptorie assignata ac ipsis partibus
coram nobis presentibus ac arbitrium diffinitivam sententiam ordinacionem dictam suam huiusmodi pro-
ferre postulantibus idem dominus [illegible] super hiis plurium peritorum consilio tractatu ac delibera-
cione matura pro bono pacis et concordie partium predictarum vigore dicti compromissi
in ipsum facti et [illegible] sibi in hac parte predictis partibus attributa dei nomine invocato